

Es folgen Stücke, die in dem bekannten Werke von Illyrius Flacius de corrupto statu ecclesiae gedruckt sind (z. B. p. 72 Nr. CII. CIII. CXI, p. 38 Nr. XXII), Hymnen, die bei Mone aus späteren Codices in verdorbenerer oder erweiterter Gestalt sich gedruckt finden (z. B. Missus Gabriel de caelis, Mane prima sabbati, Imperatrix reginarum) u. v. a.

Hier mögen zwei Stücke von allgemeinerem Interesse folgen:

I.

- Nox erat¹ et toto fulgebant sidera caelo,
 Cogebat saevus cuncta silere sopor,
 Cuius grata quies mihi numinis absque favore
 Non venit, hocque probat visio visa mihi.
 5 Visio talis erat: lustrabam florida prata
 Nescio si solus, sed puto solus eram.
 Eheu! quam vario lustrabant prata decore,
 Non est sufficiens cuilibet exprimere.
 Haec depingebant redolens crocus, alba ligustra,
 10 Purpureae violae, sanguineaeque rosae.
 Sed quid plus? omnis erat hic lascivia veris,
 Et quicquid visu, quicquid odore placet:
 Silva virens, illa circumdabat undique prata,
 In qua dulcisonum murmur erat volucrum.
 15 Rem minuo, dum parva loquor; sed id assero plane,
 Quod melior nullus hoc sit in orbe locus.
 Dum rerum faciem miror, miransque pererro,
 Et pasco visum quaeque videndo meum:
 Invenio fontem clarum, limoque carentem,
 20 Cuius aquas divos nectar habere reor.
 Rivulus ex illo fluitans leve murmur agendo
 Perspicuis vivus luxuriabat aquis.
 Dum super hunc fontem sedeo mirorque quis esset,
 Qui pratum latices et nemus incoheret,
 25 Protinus accessit Phoebus, Phoebumque secuntur
 Consona cantantes carmina Pierides.
 Utque suum tenuit dulcis modulatio finem
 Et Musae modulas deposuere lyras:
 Astitit ipse mihi, decus atque potentia vatum,
 30 Phoebus et attonitum vocibus his refovet:
 Ne timeas, iuvenis, nec sim tibi causa timoris,
 Sed magis ausculta, quae tibi verba fero.
 Miror ego nimium, miratur et ista sororum
 Turba sonora modo quae favet imperio:

Fol. 13^r. col. I. 2 Hs. 'suus'. 13 Hs. 'illam'. 16 Hs. 'h'
 (i. e. 'haec'). 21 Hs. 'lene'. 22 Hs. 'perspicuus' 28 Hs. 'liras'.

1) Vgl. Ovid. Am. III, 5.